



Universitätsbibliothek Paderborn

**In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto
Chvnradi Cel||tis rapsōdia Lavdes Et Victoria De
Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem**

Celtis, Konrad

Auguste: Vinde:, 1505

VD16 C 1897

Caesareoq[ue] operi plaude n[...]iēna cohors. Plaude nouena cohors:
Mauortem temp[or]e belli Atq[ue] togoe phoebu[m] et pallada Caesar
amat. Hieronimus Pius Baldungus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14416

Cæsareoq; operi plaude nouena cohors.
Plaude nouena cohors: Mauortem tempe belli
Atq; togæ phœbū et pallada Cæsar amat.
Hieronimus Pius Baldungus.

Alma doctarum genitrix sororū:
Quæ iouis nata es mellorē parte:
Grata diis cunctis age concinamus
Pieri carmen.

Quale uel diuum cecinisse uatem
Orpheon dicunt: ere bi seuerum
Iudicem quando: rigidatq; mouit
Carminē quercus.

Regis quādo reducem poetam
Sumptibus: dignaq; domo recepit:
Et sacras musas decorauit amplo
Largus honore.

Carmen insar os reficit dolores:
Quos mouet certis iaculis cupidor:
Nec minus caeli stabili rotatur
Foedere uocum.

Quale uocalis cytharæ magister
Post giganteos cecinit triūphos:
Caelitū laudes modulatus acri
Pollice Phoebus.

Tale iā uellet chorus ille uatum
Cæsari carmē caneres: recētes
Principis laudes modulās benignas
Candida grates.

Sic enim Celtis docilē iuuetam
Instruit: blanda uenerādu arte
Quo tuū crescit decus: & pennis
Gloria mundo.

Ergo si tantū ualet efficaci
Aureū carmē modulo: canamus
Inuicē doctæ meritū cæmenæ
Pieri carmē.

PANGRATIVS Vulturinus Silestianus.

Maximiliane Regum semper inuictissime:
Sceptra regni sub corona fers in omni gloria
Fultus atq; Rex honore: prosperans undiq;
Te celebrem fortitudo: qua refulges efficit:
Teq; mens adornat alta: continēs prudentiam.
Te sub aula iudicante: ueritas decernitur.
Quis sat odis hunc sonabit: laude dignum regia.
Quis uel aptū dicet carmen: tanto in orbe principi.
Quisue plene scribet unquā: fortis acta militis.
Nec sit ullus credo uatū: orbis hoc in climate:
Qui referre possit huius: rite laudes carmine.

Georgius Boorius Cecianus. Classis secūda.
Cum mihi nyseidos nondum gustare liquores
Musa dedit iuueni: nec adhuc concēdere colles
Parnasi: ueluti Celtis iustrauerat olim:

B III